Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31243
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  Kontakt:<a href="https://www.stiftstams.at/" target="_blank"> Stift Stams</a>   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Venientes aut pueri dixerunt que eis iussa fuerant are-
ge, Quibus ille respondit, Palatium qd fieri precepit rex
iam edificatum ē. adcuius tectū aliqua adhuc necessaria
sunt. que rex transmittat, Hinciauerunt aut pueri,
Et misit rex iterato pecuniam apostolo scō. deprecans ut
uelociter cooperiretur, Deniq; post multū tempus estimās
rex opus ēē completū. uenit adciuitatem illam, Et interro-
gans amicos suos rogabat ut ostenderent ei qd esset pala-
tium qd thomas edificauerat, At illi dixerunt, Nichil no-
uu edificū inhac urbe operatus ē. s; uadit ypopulos erogans
aurum tuum, Nouū dīm patrie qui nūquam auditus ē
predicat, Et post hanc uitam nescio quā eternam promittit
asserens homines inppetuo uiuere. qui crediderint in no-
mine dī sui, Demonia eicit. sanat infirmos. mortuos sus-
citat. & nichil mercedis accipit, Unde manifestū ē ma-
gum illum ēē. & seductiones uanissimas exercere, Iratus
aut rex iussit eum adduci & ait, Ostende edificium qd ope-
ratus es. aliōquin morieris; At ille, Edificium inquit qd
precepisti fieri rex iam expletū est. s; nunc ñ uidebis il-
lud. uidebis aut illud insclo futuro. & habitabis meo felici-
ter, Igit furore succensus rex ait, Ad illudendū nobis ut
audio huc uenisti, Et statim iussit eum mitti in carcerem.
cū abban negotiatore, Audiens hec frater regis. qd scilicet
uastata fuisset peccunia publica. & nichil appareret ex ea.
indignans & damno cōdolens fraterno. febre accensus.
conuertit caput in lectulū. & uocans regem ait, Ecce dies
obit mei aduenerunt. nunc commendans domū meam
tibi. noueris me spm exhalare. s; rogo ut magū illum
cuius nequitia hec patior primus iubeas decollari, Et hec
dicens obmutuit. & iacebat clausis oculis. neq; cibum ca-
piens neq; ullum proferens uerbū, Tercia uero die aperis
oculis uocauit fratrem suum dicens, Spei mee certa est
confidentia. ut si quit te petiero prestare ñ abnuas; Nunc
aut rogo ut transferas in ditionem meā palatium. qd t